



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1658**

I. Index Historicvs .

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45556**



I. INDEX HISTORICVS.  
PASSIO D. N. IESV  
CHRISTI

Ex 4. Evangelistis in ordinem unum redacta.  
Allegatis

SS. & numeris sub quibus singula particula ex-  
plicatur in IV. Aulis seu commentarijs.

I. Pars Acta preliminaris in Bethania & Ierofolyma,

In illo tempore dixit Iesus Discipulis suis:



Citis quia post bidu-  
um pascha fiet, & fi-  
lius hominis tradetur,  
ut crucifigatur, Mar. 1.  
Appropinquabat autē  
dies festus Azymorum, qui dicitur  
pascha, Luc. 2. Erat autem pascha  
& Azyma post biduum, Marc. 1.  
& querebant summi sacerdotes  
( principes sacerdotum ) & scribae  
quomodo Iesum dolo texerent, &  
occiderent ( interficerent ) Mar. 2.  
Luc. 2. Timebant vero plebem.  
Luc. 3. Tunc congregati sunt prin-  
cipes sacerdotum, & seniores po-  
puli in atrium principis sacerdo-  
rum, qui dicebatur Caiphas, & con-  
siliū fecerunt, ut Iesum dolo tene-  
rent & occiderent. Marc. 2. Dice-

bant autem non in die festo, ne  
forte tan altus fieret in populo.  
Matt. 3. Mar. 2. cum autem Iesus  
esset in Bethania, in domo Simonis  
Leprosi. Matt. 4. Mar. 4. & recum-  
beret, Mar. 5. venit mulier habens  
alabastrum unguenti nardi spicati  
pretiosi. Mar. 6. & accessit ad eum  
mulier habens alabastrum unguē-  
ti pretiosi Matt. 5. Et fracto alaba-  
stro effudit super caput eius. Mar.  
7. Matt. 5. Videntes autem discipuli  
indignati sunt. Matt. 6. Erant autem  
quidam indigne ferentes intra se-  
metipsos. Mar. 8. & quidam dicen-  
tes: ut quid perditio ista unguenti  
facta est? Marc. 9. Matt. 7. poterat  
enim unguentum istud venundari  
(multo) plusquam trecentis dena-  
rijs,



## I. INDEX HISTORICVS

rijs, & dari pauperibus. Mar. 10. Matt. 8. & fremebant in eam. Mar. 11. sciens autem Iesus ait: illis *intra semetipfos indigne ferentibus*. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Matt. 9. Iesus autem *palam locutis* dixit: sinite eam. Mar. 12. quid illi molesti estis? Mar. 13. boni unius opus operata est in me. Mar. 14. nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper. Mar. 15. Matt. 10. Et cum volueritis, potestis illis benefacere: Mar. 16. me autem nos semper habetis. Mar. 17. quod habuit hæc fecit. Mar. 18. prævenit vngere corpus meum in sepulturam. Mar. 19. mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Matt. 11. Amen dico vobis, vbiunque prædicatum fuerit hoc Evangelium, in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. Matt. 12. Marci 20. 21. 22. Intrauit autem Saranas in Ierdã, qui cognominabatur Iscariotes vnum de duodecim. Luc. 4. Tunc abiit vnus de XII. qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum. Matt. 13. Marci. 23. & 24. vt proderet eum illis. Mar. 25. & abiit & locutus est eum principibus sacerdotum, & magistratibus, quem admodum traderet illum. Luc. 5. qui audientes gauisi sunt. Mar. 26. & promiserunt ei se pecunias duros. Mar. 17. & ait illis. quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam

Matt. 14. vt illi constituerunt ei xxx. argenteos, Matt. 15. & pacti sunt pecuniam *dictam* illi dare. Luc. 7. & spondit. Luc. 8. & exinde quærebat opportunitatem, vt eum (opportune) traderet sine turbis, Matt. 16. Mar. 28. Luc. 9. *Hactenus acta Feria IV. Hebdomadis sanctæ.*

II. Pars. Acta & dicta Feria. V. eiusdem hebdomadis, ante vltimam Domini carnem.

Venit autem *Græcè ὑπερβολὸς* 2. non præteritum, sed in desinitum tempus ad significans, quasi dicas: prope erat dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha; Luc. 10. & Primo die Azymorum, quando pascha immolabant. Marc. 29. id est, sacerdotes Leuitici agnos paschales Iudaorum ad aliquot millia, vt docet Iosephus, altari applicando, in eos spargendo farinam & salem sacrificabant, deinde populo, qui adduxerat, restituebant occidendos & edendos in seq. diem. S. Ioannes vocat ante diem festum. cap. 13. v. 1. & ideo Heruarius bene in chronol. Nova, docuit accipiendum esse saepe, primum, pro ante vnum, quod ante ordinem plurimum precedit. c. 241. potest etiam & planius dici, primo die Azymorum Christianorum, non Iudaicorum, vere enim ista die, nempe Feria V. primum Azymum panem D. N. Iesu Christi corpus comederunt apostoli. Prima autem die Azymorum accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha? Matt. 17. quous eam us & paremus tibi vt in aduces pascha?



I. INDEX HISTORICVS

Mar. 30. & mittit duos ex discipulis  
 suis Mar. 31. & mittit Petrum & Io-  
 annem dicens euntes, parate nobis  
 pascha, vt manducemus. Luc. 11. at  
 illi dixerunt: Vbi vis, paremus? Luc.  
 12. at Iesus dixit: ite in ciuitatem  
 ad quendam, & dicite ei. Magister  
 dicit: quia tempus meum prope  
 est, apud te facio pascha cum disci-  
 pulis meis. Matt. 18. & 19. & dicit  
 eis: ite in ciuitatem, Mar. 32. &  
 dixit ad eos: Ecce introeuntibus vo-  
 bis in ciuitatem, occurret vobis ho-  
 mo quidam amphoram (lagenam)  
 aquæ portans (baiulans) Luc. 13.  
 Mar. 33. sequimini eum in domum,  
 in quam intrat. Luc. 14. Mar. 34. &  
 quocumque introierit. Mar. 35. Et  
 dicetis patrifamilias (Domino do-  
 mus) Luc. 15. Mar. 36. Dicit tibi  
 Magister. Luc. 16. vbi est diuerso-  
 rium? Luc. 17. vbi est refectio mea?  
 Mar. 37. vbi pascha cum discipulis  
 meis manducet? Mar. 38. Luc. 18.  
 & ipse demonstrabit vobis cœna-  
 culum grande (magnum) stratum.  
 mar. 39. Luc. 19. & illic (ibi) parate  
 nobis mar. 39. Luc. 20. & abierunt  
 discipuli eius, & venerunt in ciuita-  
 tem. mar. 40. Euntes autem inuen-  
 runt, sicut dixit (dixerat) illis. Luc.  
 21. mar. 34. & fecerunt discipuli, si-  
 cut constituit illis Iesus, Matt. 20.  
 Et parauerunt pascha. matt. 20.  
 mar. 42. Luc. 22.

III. PARS. Acta in cœna vsque ad  
 pedum Lauationem.  
 Vespere autem facto venit cum

duodecim. mar. 43. Et cum facta  
 esset hora *Vespera* discubuit. Luc. 23.  
 cum XII. discipulis suis. Matt. 21. &  
 discumbentibus eis & manducan-  
 tibus. (edentibus illis) Mar. 44.  
 matt. 22. At Iesus (dixit) Antea di-  
 cō vobis, quia vnus vestrum (ex vo-  
 bis) me traditurus est; (tradet) mar.  
 45. Math. 22. at illi cœperunt con-  
 tristari. mar. 46. & contristati valde  
 cœperunt singuli dicere: nunquid  
 ego sum, Domine? matt. 23. & di-  
 ceje ei singillatim. Nunquid ego?  
 mar. 47. At ipse respondens ait v-  
 nus ex XII. qui intingit manum me-  
 cum in catioo (in paropside) hic me  
 tradet. matt. 24. mar. 48. & filius  
 quidem hominis vadit, sicut scrip-  
 tum est de illo, (eo) Matt. 25. Mar. 49.  
 Vt autem homini illi per quem  
 filius hominis tradetur. Mar. 50.  
 bonum erat ei, si natus non fuisset  
 (non esset) homo ille. Matt. 26. mar.  
 51. Respondens autem Iudas, quæ  
 tradidit eum, nunquid ego sum,  
 Rabbi matt. 27. At illi? tu dixisti.  
 matt. 18. quasi diceret, tu conticisti, di-  
 uinasti, tu habes q̄erathen. Et ait  
 desiderio desiderasti, hoc pascha  
 manducare vobiscum antequam  
 patiar. Luc. 25. & 26. dico enim vo-  
 bis, quia ex hoc non manducabo  
 illud, donec impleatur in regno  
 Dei Luc. 27. & accepto calice gra-  
 tias egit, & dixit accipite & dividi-  
 te inter vos honorifice vale faciendo seu  
 terminando legem veterem figurantem  
 Luc. 28. dico enim vobis, non bibā  
 de



I. INDEX HISTORICVS

de generatione vitis, donec regnum Dei veniat, Luc. 29.

IV. PARS, Pedum lautio in vltima cœna.

Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem; cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos Ioan. cap. 11. v. 1. & cœna facta nondum tamen absoluta. vt patet ex seqq. cum Diabolus iam misisset in cor (die precedenti in Bethania, in mensa domus Simonis leprosi) vt traderet eum Iudas Simonis Icariothæ: sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteam, præcinxit se: deinde mittit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit illi Petrus: Domine, tunc ihu lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: quod ego facio tu nescis modo: tunc autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes, meos, sed & manus, & caput. Dixit ei Iesus; qui lotus est nempe sacra lauatione per me in baptismo meo Christiano non indiget Lauatione noua totali, qua est propria Baptismi, in qua lauitur totus homo, vel saltem principalis

pars, uti caput, pro toto homine, nisi ut pedes lauet, nempe penitentiæ lauatione affectuum, quibus anima uti pedibus incedit & operatur, teste Augustino. qui locus utilis est contra Anabaptistas, sed est mundus totus & vos mundi estis, sed non omnes sciebat enim quilibet esset, qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. postquam ergo lauit pedes eorum & accepit vestimenta sua, eum recubasset iterum, dixit eis: scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

V. PARS: Institutio, consecratio S. Eucharistiæ & sacerdotum Nouæ legis:

Cœnantiibus autem eis, (& manducantibus illis) accepit Iesus panem. matt. 19 mar. 52. gratias egit. Luc. 31. & accepit panem. Luc. 30. benedixit ac fregit. matt. 19. ac benedicens fregit. mar. 53. Luc. 33. & dedit eis (discipulis suis matt. 19.) mar. 54. Luc. 34. & ait illis. mar. 55. matt. 19. accipite attingite manibus; utpote materiam ordinationis qua ordinabimini modo, in sacerdotes secundum ordinem Melchisedech; & sic hodie dum sit in ordinatione sacerdotum Catholicorum vt patet in Quatuor temporibus. & comedite (lumite) mar. 12. ad quo-



I. INDEX HISTORICVS

que hodie dum fit in ordinatione sacerdotum, in qua qui tetigere materiam eandem post consecrationem communicant. dicens: Hoc est corpus meum. Luc. 35. marc. 56. matt. 19. quod pro vobis datur, in presenti inueniente offeritur. Luc. 36. & 1. Corinth. 11. hoc facite in meam commemorationem. Luc. 37. & 1. cor. 11. in hoc verbo ordinati sunt sacerdotes nova legis. similiter & calicem postquam cœnauit. Luc. 38. & accipiens calicem gratias egit. matt. 30. & accepto calice. mar. 39. gratias agens, mar. 23. dedit illis. mar. 59. matt. 31. ut attingerent erat quippe materia super qua consocienda ordinabuntur. uti hodie dum obseruatur in Ecclesia Catholica, dum ordinantur sacerdotes. Dicens, bibite ex hoc omnes, matt. 31. & biberunt ex eo omnes. mar. 60. & ait illis, mar. 61. dicens, hic est calix novum testamentum in sanguine meo Luc. 39. varie exponi potest, de calice nondum consecrato sic: Hic calix est expressum indicium signum seu nota voluntatis meae de eo, quod post mortem meam violentam, effusione nimirum sanguinis mei, fieri & teneri volo. quid autem post eam fieri volo? tunc docebo. ante confirmationem testamenti mei per mortem, certe nolo: ut bibatis sanguinem vel consecratum calicem, sed laicum postea autem ut bibatis volo, recepto deinde calice, ex quo omnes biberant, Dominus pergit dicere & facere, Hic est enim Sanguis meus Noui testamenti. mar. 31. mar. 61. qui pro multis effundetur. mar. 62. Hoc manifeste

verificatur de consecrato calice, veritatem manus tradentis me, mecum est in mensa Luc. 41. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est, vadit Luc. 42. veruntamen vae homini illi per quem tradetur Luc. 43. & ipsi ceperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Luc. 44.

VI. PARS, Plenior Dispositio circa sacerdotalem ordinem, post ordinationem.

Facta est autem & contentio inter illos, quis eorum videtur esse maior. Luc. 45. dixit autem eis. Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, beneficii vocantur. Luc. 46. vos autem non sic Luc. 47. sed qui maior est inter vos, fiat minor, Luc. 48. & qui præcessor est sicut ministrator. Luc. 49. ordo ecclesiasticus institutus videtur oppositus seculari, in quo maiores præcedunt. Vti in Ecclesiastico, sequuntur in Regali autem digniores sunt in mediis. Quis maior est? qui recumbit? an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Luc. 50. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat Luc. 51. & ego dispono vobis, sicut disposuit in hi pater regnum. Luc. 52. ut edatis & bibatis super mentem meam. Luc. 53. & sedeat super thronos. Luc. 54. iudicantes XII. tribus Israel. Luc. 55. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret, sicut triticum. Luc. 56. & 57. Ego autem



I. INDEX HISTORICVS

rogatus pro te, vt non deficiat fides tua Luc. 58. & tu aliquando conversus confirma fratres tuos *ecce confirmandi sacramentum principi Episcopo- rum datum.* Luc. 59.

Qui dixit ei Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire, Luc. 60. At ille dixit: dico tibi Petre, non cantabit hodie galus, donec ter abneges nosse *in domo Annae me.* Luc. 61. & dixit eis, quando misisti vos sine sacco? & pera, nunquid aliquid de fuit vobis? Luc. 62. At illi dixerunt, nihil. Luc. 63. dixit ergo eis: sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram *innuit. suadendo iuda, vt avaritiam deponat* Luc. 64. & qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Luc. 65. Dico enim vobis quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me, Luc. 66. & cum iniquis deputatus est, Luc. 67. Etenim ea quae sunt de *mo austeri scripta finem* habent, Luc. 68. *qua autem de se iuda, finem non habent utpote aeterna.* At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic Luc. 69. at ille dixit, satis est, Luc. 70. *satis iam iudas poterat duobus gladijs terreri si vellet molliri.* Amen, Amen dico vobis: non est feruus maior suo Domino, neque Apostolus maior est eo qui misit illum, si haec sciatis, beate eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur scriptura; qui manducavit meum panem leuabit contra me

calcaneum suum. A modo dico vobis, vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum. Amen dico vobis, qui accipit, si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum haec dixisset Iesus turbatus est spiritu & protestatus est, & dixit, Amen, Amen dico vobis. quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli haeritantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus; inuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei. Domine quis est? Respondit Iesus, ille est, cui ego intrinsecum panem porrexero *praefigurante vtraquista.* & cum intrinsecum panem, dedit Iudae Simonis Iscariothae. Et post buccellam intravit in eum satanas *gradualiter nova malitia* & dixit ei Iesus, quod facis, fac citius, hoc autem nemo scivit diuinitatum, ad quid dixeris ei, quidam enim putabant, quia loculos, habet at Iudas, quod dixisset ei Iesus. Ene ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret, *vides quomodo in ultima cena nondum factus dies Pascha fuerit, sed parasieue pascha & sabbathi futuri.* Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit continuo. Erat autem nox cum ergo exisset, dixit Iesus Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo & continuo clarificabit eum. & Deus clarificabit eum in semetipso, Filij autem adhuc



## I. INDEX HISTORICVS

adhuc modicū vobiscum sum &c.

PARS VII. SERMO Domini Post Institutionem sacerdotum.

Hoc loco legendus est ex Ioannis cap. 3. à versu 33. per cap. XIV. XV. XVI. XVII.

PARS VIII. Conclusio Actorum in cenaculo.

Satis est. Luc. 71. Amen. dico vobis, quod iam non bibam de gemine vitis vsque in diem illum cum illud bibā novū in regno Dei. mar. 63. matt. 32. hæc cum dixisset Iesus. Ioan. 18. *sterrexerunt indubita & hymnorum puerorum dicto.* mar. 64. matt. 33. exierunt in montem Oliuarum. mar. 64. mat. 33.

PARS IX. Egressio in hortum Gethsemani.

Egressus est Iesus cum Discipulis suis. Ioan. 1. trans torrentem cedron Ioan. 2. tunc dicit illis Iesus omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte matt. 34. mar. 66. scriptū est enim, percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis. matt. 35. mar. 67. sed postquam surrexero, præcedam vos in Galilæam. mar. 68. matt. 36. Respondens autem Petrus ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Matt. 37. mar. 69. & ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia tu hodie, in nocte hac priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. mar. 70. matt. 38. *in domo Caipha.* at ille amplius loquebatur. mar. 71. & ait illi Petrus, etiamsi oportuerit me

mori tecum (simul commori tibi) non te negabo. matt. 39. mar. 72. similiter, & omnes discipuli dixerunt. matt. 39. mar. 73. & egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Luc. 72. 73. 74. secuti sunt autem illi & discipuli. Luc. 75. Tunc venit Iesus cum illis in villam (prædium) quæ dicitur Gethsemani, Mar. 40. mar. 74. ubi erat hortus Ioan. 3. in quem introiit ipse & discipuli eius. Ioan. 4. & dixit discipulis suis in horti introitu sedere hic donec vadā illuc & orem, matt. 77. & assumpto Petro & duobus Filijs Zebedæi, matt. 42. *ulterius progressus cepit tristari, & molestus esse,* mar. 43. & cepit cadere & pavere, mar. 78. tunc ait illis, tristis est anima mea vsque ad mortem. matt. 44. mar. 79. iustinetes hic & vigilate mar. 80. Et cum pervenissent ad (lectum à Domino) locum Luc. 76. dixit illis, orate ne intretis in tentationē. Luc. 77.

PARS X. Oratio Domini in Horto.

Eripse avulsus est ab eis quantū iactus lapidis Luc. 78. & positus genibus orabat, Luc. 79. & cum processisset paululum, procidit super terram mar. 81. & 82. & progressus pusillum procidit in faciem suam matt. 45. (*magna signa reuerentia in patrem.*) orans & dicens: pater noster, si possibile est, transeat à me calix iste. matt. 46. veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. matt. 47. & ora-



## I. INDEX HISTORICVS

orabat, vt si fieri posset, transfiret ab eo hora. mar. 83. & dixit: Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. mar. 85. sed non quod ego volo, sed quod tu. mar. 86. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, matt. 48 mar. 87. & 88. & dicit Petro: sic non potuisti vna hora vigilare mecum? matt. 49. & ait Petro, Simon dormis? mar. 89. & 90. non potuisti vna hora vigilare mecum? mar. 91. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, mar. 92. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma, matt. 51. mar. 93. Et iterum abiens orauit eundem sermonem, dicens, mar. 94. matt. 52. pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua, matt. 53. & venit, & iterum inuenit eos dormientes, matt. 54. mar. 95. Erant enim oculi eorum gravati, mar. 96. matt. 55. & ignorabant quid responderent ei, mar. 97. & relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundē sermonem, dicens, matt. 56. Pater, si vis, transfer calicem istum à me, Luc. 80. Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat, Luc. 81. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum, Luc. 82. & factus in agonia prolixius orabat, Luc. 83. & 84. & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram, Luc. 85. & cum surrexisset ab oratione Luc. 86. Tunc venit ad discipulos suos, matt. 57. tertio, mar. 98. &

(cum) venisset ad discipulos suos Luc. 87. inuenit eos dormientes præ tristitia Luc. 88. Et dicit illis: dormite iam, & requie scite, matt. 58. mar. 99.

### PARS XI. Proditio Iudæ in Horto.

Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum Ioan. 5. quia Iesus frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis. Ioan. 6. Iudas ergo cum accepisset cohortem. Ioan. 7. & à pontificibus & phariseis ministros. Ioan. 8. Venit illuc cum lanternis, facibus & armis Ioan. 9. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, Ioan. 10. dixit dormientibus sufficit. venit hora mar. 100. & ait illis, quid? dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem, Luc. 89. 90. 91. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. matt. 59. mar. 101. surgite eamus, mar. 102. matt. 60. Ecce appropinquauit, qui me tradet, matt. 61. Ecce qui me tradet prope est, mar. 103. Et adhuc eo loquente, ecce, venit Iudas Iscariotes vnus de XII. mar. 62. mar. 104. & cum eo turba multa (plurima) cum gladijs & lignis (& fustibus) mar. 105. matt. 62. & 63. missi à Principibus sacerdotum (summis sacerdotibus) & senioribus populi, matt. 63. mar. 106. & scribis. mar. 106. Iesus itaque sciens omnia processit, Ioan. 11. & dixit eis, quem queritis? Ioan. 12. Responderunt



## I. INDEX HISTORICVS

ei: Iesum Nazarenum, Ioan. 11. Dicit eis Iesus. Ego sum, Ioan. 14. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis Ioan. 15. vt ergo dixit Iesus. Ego sum. Ioan. 16. abierunt retrorsum & ceciderunt in terram Ioan. 17 iterum ergo interrogauit eos: quem queritis? Ioan. 18. & 19. illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum, Ioan. 20. Respondit Iesus, dixi vobis, quia Ego sum Ioan. 21 si ergo me queritis, sinite hos abire, Ioan. 22 vt impleretur sermo quam dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidisti, ex eis quemquam. Ioan. 23. dederat autem eis traditor signum: dicens: Mar. 107. matt. 64 quemcunque osculatus fuero, ipse est, tene eum, mar. 108. & 109. matt. 64. & ducite caute, mar. 110. Adhuc eo loquente: Ecce turba, & qui vocabatur Iudas, Luc. 92 vnus de XII. antecederat eos, Luc. 93 & appropinquabat Iesu, vt oscularetur eum Luc. 94. & cum venisset, mar. 111. (statim) confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue Rabbi. matt. 65. mar. 111. & 112. & osculatus est eum matt. 66. mar. 113. Iesus autem dixit illi: Iuda osculo filium hominis tradis! Luc. 95. dixitque illi Iesus amice, ad quid venisti? matt. 67.

PARS XII. Captiuatio Domini in horto.

At illi, Mar. 114 Tunc accesserunt, matt. 68. & manus iniecerunt in Iesum, matt. 68. mar. 114. & tenuerunt, matt. 68. mar. 115. videntes au-

tem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat: dixerunt: Domine, si percutimus in gladio? Luc. 96. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, matt. 70 Simon Petrus habens gladium, Ioan. 24 eduxit eum, Ioan. 25 extendens manum exemit gladium, matt. 70 & percussit pontificis seruum, Ioan. 26 & percutiens seruum principis sacerdotum (summi sacerdotis) matt. 71 mar. 117. amputauit (abscidit) illi auriculam eius dexteram, matt. 72 mar. 118. Ioan. 72 erat autem seruo nomen Malchus Rex, Ioan. 28 Respondens autem Iesus ait eis. *discipulus ad q. Domine si percutimus? sinite* Luc. 16. *& si multo tenentibus sese, vt possent sanare Malchum vsque huc quasi diceret: & auricula abscissa & abscisse, accide huc.* Luc. 99 & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum, Luc. 100. Tunc ait illi Petro percussori Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum, matt. 73. omnes enim qui gladium acceperint gladio peribunt, matt. 74. An putas, quia non possum rogare Patrem meum? & exhibebit mihi plusquam XII. legiones Angelorum, matt. 75. quomodo ergo implebuntur scripturae? matt. 76. quia sic oportet fieri, matt. 77. Cohors autem & tribuni & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum. Ioan. 31 & ligauerunt cum Ioan. 32. & respondens Iesus ait illis *duplici hominum generi. Missis, qui praesentes erant, & principalibus missorum, qua*

674



## I. INDEX HISTORICVS

erant absentes mar. 119. quid misis dixerit Docet Matthæus sic in illa hora dixit turbis, matt. 78. De principalibus missorum docet Lucas dicens sic: Ad eos, qui venerat ad se in hisce suis misis Principes sacerdotum & magistratus templi & Seniores, Luc. 101. tanquam ad latronem existis cum gladjs & fustibus comprehendere me, matt. 79. mar. 120. Luc. 102. quotidie eram apud vos, mar. 120. quotidie apud vos sedebam in templo docens, & non me tenuistis matt. 80. mar. 121. sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Luc. 105. cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me, Luc. 103. 104. hoc autem totum factum est, vt ad implerentur scripturæ prophetarum. matt. 81. mar. 121. Tunc discipuli eius, cum relinquentes omnes, relicto eo, fugerunt, mar. 122. matt. 82.

PARS XIII. Abductio Domini & Acta apud Annam Pontificem.

At illi matt. 83. Cohors & Tribunus & ministri Iudæorum Comprehenderunt Iesum. Ioan. 31. & comprehendentes ligauerunt eum. Ioan. 32. Luc. 106. & tenentes, Iesum duxerunt eum ad domum Principis sacerdotum. Luc. 107. ad summum sacerdotem, marc. 126. hanc generaliter nominatam domum Principis sacerdotum à Luca, & summum sacerdotem à Marco, Ioannes & Matthæus distincte exprimunt: ille domum Anna, sic Caipha, sed, an in hoc contrarietur

nequaquam Ioannes exprimit principem Annam, ad quem primum proxime & immediate duxerunt captivum, Matthæus exprimit Principem Caipham ad quem remotè mediate & finaliter duxerunt captiuum. Sed iterum quero: an ergo plures erant summi sacerdotes, & plures principes sacerdotum? Respondetur autem mihi ab Ecclesia Catholica practice, ita fuisse olim plures summos sacerdotes, & principes sacerdotum, quomodo nunc in orbe sunt multi Pontifices seu Episcopi & quomodo nihilo minus inter omnes hos eminet vnus Romanus Oecumenicus: sic tunc inter eos eminuisse Caipham; & ante eum quartus olim eminuerat ipse Annas, degradatus à Romano, qui duplici causa tunc poterat dici princeps sacerdotum; & quod fuerat eminentissimus inter omnes, & adhuc erat eminens inter minores, et si nunc esset minor Caipha sibi prelato. absoluta est difficultas. pergamus. Et adduxerunt eum ad Annam primum. Ioan. 33. erat enim socer Caiphæ, Ioan. 34. ad quem finaliter ibant. Sed bona ratio erat: Est socer Caipha, ergo prius illi captiuum adducimus? non quaratur bona ratio in ijs, qui malo agebant, Ioannes rationem meliorem non scripsit, quam ducentes habebant, & ab illa mala ratione, etiam sapientia Dei Christus torquebatur. Hoc Ioanni indicasse erat propositum. Sequitur maior difficultas in verbis: qui erat Pontifex anni illius. Ioan. 34. sic, vt illo solum anno esset pontifex? id est non ante eum annum, nec post ipsum annum? an alternatiuè cum alio vel alijs,







I. INDEX HISTORICVS

xit: Non sum Ioan. 69 Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cui abscidit auriculam. Non ego te vidi in horto eum illo: Ioan. 70 Iterum ergo negauit Petrus. Ioan. 71. & statim gallus contauit. Ioan. 72. & sic impleta prior prophetia Domini de trina negatione Petri, antequam gallus cantaret vel semel.

XIV. PARS. Prima Acta in domo Caiphæ.

Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum, Luc. 107. & adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem. mar. 126. tenentes Iesum duxerunt eum ad Caipham Principem sacerdotum, vbi iheribæ & seniores conuenerant, Matt. 83. interea dum apud annam aliquanta mora extracta fuerat. Petrus autem à longè secutus est eum. Mar. 128. vsque in atrium summi sacerdotis, Mar. 129 principis sacerdotum. mar. 84. & ingressus intro sedebat cum ministris ad ignem. matt. 8: mar. 130. vt videret finem. matt. 86 & calefaciebat se. marc. 131. *Lector obseruet hoc loco Petrum sedentem, quem in Anna domo vidimus stantem cum ingressus est Dominus in consilium malignantium: maligne ei dixerunt. Benedictus qui venit in nomine Domini, ita enim ipsos locuturos in hoc casu prædixerat Dominus Feria III. superiore cum finiebat in templo sermones suos. matt. 23 capite: in fine, ipse autem dubio procul tacuit, satù habens, quod*

*eum, vel ex hoc futurorum tam contingentium, præscium sentire possent. Pergamus. summi vero sacerdotes, & omne consilium quærebant aduersus Iesum testimonium, mar. 132. & quia verum nullum precedenti tempore omni conatu suo & testamentis potuerat invenire testimonium, uti constat ex Evangelistarum testibus, ideo prepes sacerdotum falsum quærebant testimonium contra Iesum, matt. 87. vt eum morti traderent, matt. 87. mar. 132. Nec inueniebant, mar. 133 multi autem falsum testimonium dicebant aduersus eum, mar. 134 & convenientia testimonia non erant, mar. 135 tum quia secum ipsis pugnant, tum quia ad mortem inferendam non sufficiebant. Et non invenerunt cum multi falsi testes accessissent, matt. 89 Novissime autem venerunt duo falsi testes, matt. 90 & quidam surgentes scilicet ex concilio ipso & iudicibus, falsum testimonium ferebant aduersus eum. mar. 1:6 & dixerunt (nempe duo intro missi seu aduocati) Hic dicit: Possum destruere templum Dei & post triduum reedificare illud, matt. 91. alteri autem qui surrexerant in iudicio) dicentes: quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manu factum & post triduum aliud non manu factum ædificabo. mar. 137. & sic turpissime & paritertium vtraque inter se discordabant de vno eodemque verbo, & singula partes adhuc secum ipsa confligebant, uti patet examinanti vero*



I. INDEX HISTORICVS

*hæc, ad hæc, dictaque Christi de hac materia ante triennium prolata. Ioan. 2. 23. Et non erat conveniens testimonium illorum, mar. 138. & exurgens summus sacerdos (princeps sacerdotum) in medium, nota passionem mar. 139. matt. 92. ait illi: nil respondes ad ea quæ isti adversum te testificantur? matt. 93. & interrogavit Iesum, non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur, ab his? mar. 140. & 141. Iesus autem tacebat, matt. 94. & nihil respondit. mar. 142. rursum summus sacerdos interrogabat eum & dixit. tu es Christus filius Dei Benedicti? mar. 143. & 144. ad cuius amulationem te nuper benedictum cum palmis proclamari permisisti, & antea in concilium veniens salutari sustinuisisti, nihil contradicendo. Tacente etiam Domino, ad ista iratus est. & princeps sacerdotum ait illi. Adiuto te per viuum, vt dicas Nobis, si tu es Christus filius Dei. matt. 95. & 96. Iesus autem dixit illi. Tu dixisti: Ego sum. matt. 97. mar. 145. Veruntamen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli, matt. 98. mar. 146. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemavit, matt. 99. & 100. summus autem sacerdos scindens vestimenta sua noto diutius operantem in scindendo passionem, ait: quid ad huc egemus testibus? matt. 101. Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? marci,*

149. noto hic quod in isto actu scindendi diruptus est pontificatus Leuiticus & mortuus vti paulo post & templum dirumpi videbimus, & consequenter sacrificia, & legem Mosaicam, in quantum figurantia erant per ceremonias, desinere quia revelata erat tunc in publico iudicio veritas, & res per figuras promissa, vt patet ex confessione Christi: & opportune aderat, Petrus, quis ad pontificatum ex hoc labentem suscipiendum se quali ficavit penitendo, quem Caiphas amiserit peccando, & pontificatum destruendo. Qui omnes condemnauerunt, eum esse reum mortis mar. 150. at illi respondentes dixerunt, Reus est mortis, matt. 103. Et ceperunt quidam conspuere eum. mar. 151. & velare faciem eius, mar. 152. Tunc expuerunt in faciem eius nempe & ceteri audentiores exemplo quorundam facti. Et colaphis cædere, mar. 153. & colaphis eum reliqui prius timidiores sequentes aliorum exemplum ceciderunt, matt. 105. & dicere ei, prophetiza, mar. 154. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, matt. 106. istas palmas dando haud dubie plura ex nupero triumpho in die palmarum habito, scandala ei interrogauerint, alludendo ad ea quæ tunc dicta erant & facta, sarcasms. dicentes: prophetiza nobis Christe, quis te percussit, matt. 107. non prophetiza nobis de civitate hac, qui eam sic percussurus, vt non maneat lapis super lapide &c. sed de te oportebat prophetare & providere, ne hæc, quæ nunc patere, incurreses. Hactenus Iudices consumelius



I. INDEX HISTORICVS

eum affecerunt admissi sunt mox alij, nam, & ministri alapis eum cædebant mar. 155. Tunc antequam permitteretur licetoribus cæteris & lictis in atrio ipso vexandus, terminata fuit Petri negatio, & stetus capit. Vnde & matt. & Mar. & Lucas ante vltiorem vexationem Christo irrogatam hic Negationes eius narrant, & coronide stetus consummant.

PARS. XV. Petri Negationes in Atrio Caiphæ factæ, Et Conuersio.

Accenso autem igne in atrio Luc. 109. & circum sedentibus illis (ministris) petruerat in medio eorum, Luc. 110. & 111. Petrus vero sedebat foris in atrio. matt. 108. Et cum esset petrus in atrio deorsum mar. 156. & venit vna ex ancillis summi sacerdotis, mar. 157. & accessit ad eum vna Ancilla, matt. 109 quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, Luc. 112. Et cum vidisset Petrum calefacientem se, mar. 158. Et eum fuisset intuita, Luc. 113. dixit: Et hic eum illo erat, Luc. 114. noto multas gesticulationes & verbositatem in ista ancilla. At ille negauit coram omnibus dicens matt. 111. Luc. 115. Mulier non noui illum. Luc. 116.

Et aspiciens illum ait, mar. 158. Et tu cum Iesu Nazareno eras, mar. 160. dicens: & tu cum Iesu Galilæo eras. matt. 110. at ille negauit, dicens: neque scio neque noui quod dicas. Marci 14. cap. v. 68. cito caput,

& versum Marci, quia in commentaria iste. Textus excidit. & exijt foras ante atrium, mar. 162. & Gallus cantauit, mar. 163. Exeunte autem illo ianuam, vidite eum alia ancilla, matt. 113. & ait his qui erant ibi. matt. 114. Et hic erat cum Iesu Nazareno, matt. 115. At ille iterum negauit, mar. 165. & post pusillum (non ab huius secunda ancilla garrum computando, sed à Prima ancilla infestatione, quia quasi simul cum 2. ancilla locutione euenit hoc quod sequitur, nempe) alius eum videns, dixit: Et tu de illis es. Luc. 117. & 118. Petrus vero ait: ô homo non sum, Luc. 119. & iterum negauit, matt. 116. cum iuramento, matt. 117. quia non noui hominem. matt. 118. Et intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: vere & hic cum illo erat. Nam & Galilæus est. Luc. 120. & 121. & ait Petrus: ô homo nescio quid dicis Luc. 122. & post pusillum accesserunt qui stabant (& audierunt præmissa dicentem) & dixerunt Petro: vere ex illis es, nam & Galilæus es. matt. 119. 120. mar. 166. & 167. & loquela te manifestum facit, matt. 121. Ille autem (tunc) cæpit anathematizare (detestari) & iurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis, mar. 168. 169. matt. 122. & continuo adhuc eo loquente gallus cantauit, Luc. 123. & statim. (continuo) gallus iterum cantauit, mar. 170. matt. 123. per iterum intelligo hic alterum Cantum galli in secundo galli-



I. INDEX HISTORICVS

gallicinio, nam primum gallicinium in domo Anna fuit factum, supra, & sic impletum est verbum Domini ad Petrum altera vice dictum, quo prädixerat futurum, vt Petrus se ter negaret, antequam gallus bis vocem daret. Vide supra, Mar. 70. & matt. 28. posita. Et conversus Dominus respexit Petrum Luc. 124. an corporaliter: an spiritualiter? credo vtrumque, de spiritali satis pater. De corporali probó. quia Dominus iam erat traditus ministris vexandus: in a-  
trio, dum intus magistratus consulta-  
rent, vt supra captum dici, & iam am-  
plius ex dicendis patebit. & recor-  
datus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat illi, matt. 124. Iesus prius-  
quam Gallus cantat, ter me negabis  
matt. 125. & recordatus est Petrus  
verbi, quod dixerat ei Iesus. Prius-  
quam gallus cantet bis, ter me ne-  
gabis, mar. 171. & 172. & recorda-  
tus est Petrus verbi Domini, sicut  
dixerat, Luc. 125. nimirum, primo ne-  
gaturum ter, antequam gallus cantet.  
quod evenit in domo Anna supra gallici-  
nio primo deinde negaturum ter, ante-  
quam bis cantaret gallus, in gallicinio  
secundo vti euenit apud Caiphā ista  
tam exacta futurorum predictio & im-  
pletio impleverunt confusione salutari  
Petri animam, & cepit flere mar.  
173. & egressus fleuit amare, matt.  
126. & 127. Luc. 127. & 128. & dispo-  
suit se ad vacantem Pontificatum no-  
vum, quum veterem modo Caiphā per-  
didisset peccando & lacerando.

PARS. XVI. Posteriora Acta

cum Christo in domo Caiphæ.

Et viri qui tenebant eum (Lictores) & c. sax. cui iam extraditus erat Dominus, illudebant ei, cadentes, Luc. 129. & 130. & velaverunt eum & percutiebant faciem eius, Luc. 131. & 132. & interrogabant eum dicentes: prophetiza, quis est, qui te percussit, Luc. 133. & 134. & 135. & alia multa blasphemantes dicebant in eum, Luc. 136. mane autem factó matt. 128. & ut factus est dies, Luc. 137. convenerunt Seniores plebis, & principes sacerdotum & scribæ, Luc. 138. & consilium inie-  
runt omnes Principes sacerdotum,  
& seniores populi adversus Iesum,  
vt eum morti traderent. [matt. 129.  
130. & duxerunt illum in concilium  
suum, dicentes: si tu es Christus die  
nobis, Luc. 139. 140. & ait illis. si vo-  
bis dixeró non credetis mihi; si auté  
& interrogavero, non respondebi-  
tis mihi, Luc. 141. & 142. neque de-  
mitteris, Luc. 143. Ex hoc autem  
erat filius hominis sedens a dextris  
virtutis Dei, Luc. 144. Dixerunt au-  
tem omnes ei. Tu ergo es filius  
Dei? Luc. 143. qui ait, vos dicitis,  
quia ego sum, Luc. 146. At illi dixe-  
runt, quid adhuc desideramus te-  
stimonium? ipsi enim audivimus de  
ore eius, Luc. 147. 148. Et confestim  
mane consilium facientes summi  
sacerdotes cum senioribus & scri-  
bis, & universo concilio, mar. 174.  
(nempe iam non amplius causam mortis  
querentes, quam iam tenebant, sed de ex-  
ecutione



## I. INDEX HISTORICVS

ecutione consultantes. qua etiam illis occurrit vti iam consequetur. nam) vincentes Iesum, mar. 175. (eum & se ipsos ad executionem disposuerunt) & surgens omnis multitudo eorum, duxerunt eum ad Pilatum, Luc. 149 adducunt ergo Iesum a Caipha in praetorium, Ioan. 73. & vincum adduxerunt eum, matt. 131. & tradiderunt Pontio Pilato praesidi, Matth. 132.

PARS XVII. Acta circa Iudam proditorem.

Tunc videns Iudas quod damnatus esset, retulit xxx. argenteos principibus sacerdotum, & senioribus dicens: peccavi tradens sanguinem iustum, matt. 133. 134. 136. At illi dixerunt, quid ad nos? tu videris, matt. 137. 138. & proiectis argenteis in templo istic enim videtur eos conuenisse, vel saltem prope, recessit & laqueo se suspendit. matt. 139. 140. 141. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, non licet eos mittere in corbonam. quia pretium sanguinis est. matt. 143. & consilio inuito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, matt. 144. propter quod vocatus est ager ille haceldama, hoc est, ager sanguinis, matt. 145. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem, & acceperunt xxx. argenteos, pretium appretiatum, quem appretauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut con-

stituit mihi Dominus, matt. 146.

PARS XVIII. Acta priora apud Pilatum.

Erat autem mane & ipsi non introiere in Praetorium, ut non contaminarentur; sed ut manducarent pascha, Ioan. 74. 75. 76. 77. exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, quam accusationem affertis adversus hominem hunc. Responderunt & dixerunt ei, si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Ioan. 78. 79. 80. 81. Dixit ergo eis Pilatus. accipite eum vos & secundum legem vestram iudicate eum, Ioan. 82. & 83. Dixerunt ergo ei Iudaei. Nobis non licet interficere quemquam. Ioan. 84. ut sermo Iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Ioan. 85. Pilatus ingreditur praetorium, accito ad se Iesu, quem interrogat, & eo audito iterum egreditur, & postulat capita accusationis edicti Iudaei colligitur hoc ita factum esse ex sequenti vocula, Iterum introivit, qua nequit verificari nisi praecesserit introitus prior. Evangelista enim brevissimi esse laborant, sine detrimento veritatis necessaria. quid autem tunc interrogauerit Pilatus ex Domino, conijci potest, non fuisse aliud quam: quid fecisti? & quare te tradunt mihi Iudaei: similiter conijci potest, Domini respondisse prudenter: Eorum qui me tradiderunt est dicere, quare me tradunt. ego nihil mali illis vel ulli alteri hominum feci, sed potius bona multa ostendi & ex tribui eis, vti est notum vniuersis.

E

cum



I. INDEX HISTORICVS

Cum ergo sic intus interrogatus Dominus respondisset, Praeses foras egressus Iudaeos compellasset caeperunt autem illum accusare (cum viderent non habere pondus apud Pilatum suam genericam accusationem; sperando multitudine seu coacervatione efficere, quod pondere singulorum non valerent) dicentes: Hunc invenimus subvertentem Gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari & dicentem se Christum Regem esse Luc. 150. 151. 152. 153. Introiit ergo iterum in praetorium Pilatus, & vocavit Iesum, Ioan. 86. Iesus autem stetit ante praesidem, Matt. 147. & interrogavit eum Pilatus Praeses, & dixit: Tu es Rex Iudaeorum? matt. 148. 149. mar. 178. 179. Luc. 154. 155. Ioan. 86. Respondit Iesus; a teipso hoc dicis? an alij tibi dixerunt de me? Ioan. 87. 88. Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudaeus sum? Ioan. 89. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, quid fecisti? Ioan. 90. Respondit Iesus: Regnum meum non de hoc mundo, Ioan. 91. 92. si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderet Iudaeis, Ioan. 93. Nunc autem regnum meum non est hinc, Ioan. 94. dixit ei Pilatus: Ergo rex es tu? Ioan. 95. at ille respondens ait: Tu dicis, quia Rex sum ego. Luc. 156. Ioan. 96-97. Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati, Ioan. 98. 99. 100. omnis qui ex veritate

audit vocem meam Ioan. 101. Dixit ei Pilatus: quid est veritas? Ioan. 102. & cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudaeos, Ioan. 103. & una foras duxit Iesum, ut ex sequenti eius coram Iudaeis silentio patet. & dixit: Ego nullam in eo inuenio causam, Ioan. 104. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis, mar. 181. & cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus nihil respondit, matt. 151. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? matt. 152. & non respondit ei ad vllum verbum, matt. 153. Pilatus autem rursus interrogavit eum dicens: non respondes quicquam? vide in quantis te accusant! mar. 182. 183. 184. Iesus autem amplius nihil respondit, mar. 185. ita ut miraretur praeses Pilatus vehementer, matt. 153. 186. nunquam enim sic factum viderat in contentione iudiciorum, nes putauerat fieri posse. Ait autem Pilatus ad Principes sacerdotum, & turbas: nihil inuenio cause in homine, Luc. 157. 158. At illi invalescebant: dicentes: commouet populum, docens per vniuersam Iudaeam, incipiens a Galilaea vsque huc, Luc. 159. 160.

PARS XIX. Acta apud Herodem Regem Galilaeae.

Pilatus autem audiens Galilaeam, interrogavit si Galilaeus esset? Luc. 161. ex quo id interrogatum sit, & quomodo responsum sit transiere Euangelista. & ut cognovit, quia de Herodis



I. INDEX HISTORICVS

potestate erat remisit eum ad Herodem, Luc. 162. qui & ipse Hierosolymis erat istis diebus. Luc. 163. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde, Luc. 164. erat enim audius, ex multo tempore, videre eum, Luc. 165. eo quod audierat multa de eo, Luc. 166. & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri, Luc. 167. interrogabat autem eum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat, Luc. 186. 169. stabant autem Principes sacerdotum & scribæ, constanter accusantes eum, Luc. 170. 171. spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. Luc. 172. & illi induit vestem albam, Luc. 174. & remisit ad Pilatum, Luc. 175. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus ipsa die. nam antea erant inimici ad invicem, 176. *cur inimici fuerint facile coniici potest, propter iurisdictionem. 2. ex eo quod Pilatus superiore anno Galilaos inter sacrificandum complures occiderat, uti narratur, Luc. cap. 13. imo quod collimitæquei Rectores populorum facile incidunt in lites.*

PARS XX. Acta posteriora apud Pilatum.

Pilatus autem convocatis Principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos: obtulisti mihi hunc hominem, quasi avertentem populum & ecce coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto, ex his, in quibus eum accusatis: sed neque Herodes, nam remisit vos ad illum,

& ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam, Luc. 177. ad 185. *Emendationem istam verbo propositam, an adhibuerit Pilatus in textu expresse non affirmatur, sed neque negatur, quia tamen sequitur disiunctiva particula Autem, apud tres Evangelistas priores, ex eâ, vti patebit, omissam fuisse emendatione vti satis liquet & dilata tantisper, dum aliud medium liberandi, in speciem mitius, Pilato occurrebat, nempe, via paschalis missionis captivorum, quæ cum postea non successisset Pilato, tunc demum ad emendationis viam progressum esse Pilatum, docebit quartus Evangelistarum dicendo Tunc ergo apprehendit Iesum Pilatus & flagellavit, vti Paulo post videbitur. Audiamus igitur consilium Pilati. Per diem autem solennem consueverat præses populo demittere unum vincitum, quem voluissent, matt. 154. siue ut Marcus ait: per diem autem festum solebat demittere illis unum, ex vincitis, quemcunque petissent, mar. 187. siue ut Lucas ait. Necesse autem habebat demittere eis per diem festum unum, Luc. 186. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vincitus, qui in seditione fecerat homicidium, marc. 188. Habebat autem (Pilatus) tunc vincitum insignem qui dicebatur Barabbas, matt. 155. (erronee 153. leges ibi pag. 97.) congregatis ergo illis (scilicet quibus hætenus apud se & apud Herodem egerant de Christo, potiorque pars civitatis*



I. INDEX HISTORICVS

erant) dixit eis Pilatus: quem vultis demittam vobis, Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus: matt. 156 & 157. (bis posito numero eodem pro diverso) quid responderint tunc Pontifices & seniores & affecla eorum, non exprimit vllus Evangelista, quoniam ipse Pilatus irritavit responsonem illam, vt invalidam. Sciebat enim quod per inuidiam tradidisset eum, matt. 157. & ideo videat serius, quod non debuisset eos solos interrogare: ergo misit praconibus, curauit euocari ciuitatem, interea sedebat ipse pro tribunali expectans concursum populi praconia voce excitati ad praetorium. Vt colligitur clare, ex sequentibus. Nam otiose expectando, sedente illo pro tribunali misit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi, & Iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum, propter eum, matt. 158. 159. 160. 161. Deinde ex eo quod sequitur etiam apparet populum fuisse excitum. & cum abscondisset turba, cepit rogare (turba scilicet) sicut semper faciebat illis (subaudi, vt faceret etiam nunc praeses) mar. 189. Pilatus autem respondit eis & dixit, Marc. 190. & aliqua praefatione vel salutatio-  
ne dicta. Est autem consuetudo vobis, vt vnum demittam vobis (non pontificibus solis vel senioribus potentibus, vt factum antea) in pascha. Ioan. 105. vultis ergo demittam vobis Regem Iudaeorum, Ioan. 106. mar. 190. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes Marc. 191. male, imo pessime fecit hic

Pilatus, quod permiserit tam patenter suspectas & potentes apud plebem conuocatam remanere & non segregarit corruptos ab integri iudicii petitoribus, & id pessime cessit & Pilato & populo & iustitia: eo qui sequitur modo; nam Pilatus apud conuocatam turbam, solum vnius iusti liberationem proposuit: Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis, vt Peteret Barabbam, Iesum vero perderent, matt. 162. dum igitur mora fit suadendo longior, nec statim respondet populus, cui tantum vnus vinculus erat suggestus a Pilato, nempe Rex Iudaorum, & eo ipso tacite quasi subtrahitur libertas quo ad alios vinculos, perplexum quid audiuit a populo dici, aliquibus Barabbam, aliis Iesum petentibus. Respondens autem praeses ait illis: quem vultis vobis de duobus dimittere? matt. 165. at illi dixerunt (nempe iam persuasi plenius, consentienterque) Barabbam. matt. 166. hoc responsum dissimulauit Pilatus, quasi non satis audacter, sed dubie satis expressum suffragium. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis, Marc. 192. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat Propter seditionem quandam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem, Luc. 187. 188. 189. 190. & quia Pilatus vtrumque volebat dimittere, forte pauculis clamantibus Iesum dimitendum. Clamauerunt ergo rursus omnes dicentes, non hunc,



I. INDEX HISTORICVS

hunc. sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro, Ioan. 107. 108. 109 dicit illis Pilatus: quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? matt. 167. dicunt omnes. Crucifigatur. matt. 168. Pilatus autem iterum respondens ait illis: quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum: at illi iterum Clamauerunt: Crucifige eum, mar. 193. 194. 195 iterum autem locutus est ad eos volens dimittere Iesum: at illi succlamabant dicentes: Crucifige. Crucifige eum. Luc. 191. 192. 193. ille autem tertio dixit ad illos: quid enim mali fecit ille. Luc. 194. 195. 196. mar. 196. matt. 169. nullam causam mortis inuenio in eo. Luc. 196. corripiam ergo illum & dimittam. Luc. 197. 198. Tunc Ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Ioan. 110. & 111. & milites plerentes coronam de spinis, impulerunt capiti eius & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum & dicebant. Ave Rex Iudæorum & dabant ei alapas, Ioan. 112. vsque ad 117. Exiuit ergo iterum Pilatus foras & dicit eis: Ecce adduco eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam, Ioan. 118. 119. Exiuit ergo Iesus portans coronam spinam, & purpureum vestimentum, & dicit eis: Ecce Homo, Ioan. 120. 121. cum ergo viderent eum Pontifices & ministri clamabant dicentes. Crucifige, Crucifige eum. Ioan. 122. 123. dicit eis Pilatus: accipite eum vos & cru-

cifigite, Ioan. 124. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Ioan. 125. 126. cum ergo Pilatus audisset hunc sermonem, magis timuit & ingressus est prætorium iterum, & dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei, Ioan. 127. 128. 129. 130. dicit ergo ei Pilatus: mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo Crucifigere te? & potestatem habeo dimittere te? Ioan. 131. 132. 133. Redit Iesus: non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset de super. Propterea qui me tradidit tibi, magis peccatum habet. Ioan. 134. 135. & exinde quærebat Pilatus dimittere eum, Ioan. 136. Iudæi autem clamabant dicentes: si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, Ioan. omnis enim qui se Regem facit, contradicit cæsari. Ioan. 137. 138. 139. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit prætribunali in loco qui dicitur, Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbata, Ioan. 139. 140. 141. 142. Erat autem pascheue pascha hora quasi sexta, Ioan. 143. 144 & dicit Iudæis. Ecce Rex vestes. Ioan. 145. Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Ioan. 146. *Turbas Pilatus:* at illi manes clamabant dicentes Crucifigatur, matt. 170. *Crucifige eum,* mar. 197. *sedebat Pilatus quasi attenti-*  
tus;



I. INDEX HISTORICVS

tas; at illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur & inualecebant voces eorum, Luc. 199. & 200. dicit (demum) eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Ioan. 147. Responderunt pontifices, non habemus Regem, nisi Cæsarem, Ioan. 148. videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo: dicens: Innocens Ego sum à sanguine Iusti huius: vos videritis, Et Respondens vniversus populus dixit sanguis eius super nos & super filios nostros, matt. 171. ad 176. Pilatus vero volens populo satisfacere, mar. 198. Tunc dimisit illis Barabbam, matt. 177. marc. 198. & Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum, dimisit autem illum eis, qui propter homicidium & seditionem fuerat missus in carcerem Luc. 201. 202. Iesum autem flagellatum tradidit voluntati eorum (eis) vt crucifigeretur, matt. 178. 179. marc. 199. Luc. 203. Ioan. 149. 150.

PARS XXI. Acta militum post sententiam à Pilato præfide latam.

Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorij, Marc. 199. & conuocant eum totam cohortem, mar. 200. quasi totum exercitum, cum eo deliberaturi de novo Rege sibi creando. Qua iam presente & ludere se gerente vt fieri solebat in faciendo novo Imperatore aut Rege aliquo, actionem vel spectaculum iucundum dabant inuicis

Christi, velut Comediam ipsi vero vehementer triste, quasi tragediam. Et induunt eum purpura, mar. 201. nempe declamatione consona electum. Tunc milites præfidis suscipientes Iesum, Matt. 180. Romani Historici posteriores solent leuandi voce vt, in sublime enim atcollebant & portabant super Clypeis suis electum, vt Pontificibus Romanis etiamnum fieri solet, & processione facta. in prætorium congregauerunt ad eum vniuersam Cohortem. Matt. 181. & exuentes eum Matth. 182. nam in atrio quasi tumultuario ei superinieciant purpuram, more consueta in militari electione Imperatorum; nunc in ipso prætorij quasi sede Regni, accuratius ornaturi suum electum exuto suis vestibus quas in priuata fortuna habuerat, Chlamydem coccineam circumdederunt ei, matth. 183. instar pallij late diffuentis forma, vt intra id populos sibi creditos concluderet assumptione fidei & caritatis ad ipsos. & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, matt. 184. & 185. nempe altius tenendo ad ostentationem, donec cohors acclamaret, dignum ea redimiri. & imponunt ei plectentes spineam coronam, mar. 202. & arundinem in dextra eius matth. 184. pag. 121. tanquam sceptrum regale, seu Virgam reetricem. & cæperunt salutare eum, Marc. 203. nempe omnes simul clamando generaliter *Viuat rex*, deinde specialiter magis & genuflexo ante eum illudebant ei Matt. 185. dicentes: *Aue Rex Iudæorum*, matt. 186. marc.



INDEX HISTORICVS

Marc. 203. deinde congiarium, & donaria & promotiones postulabant, cumq; his nihil afflictus responderet, irati & expuentes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius arundine. Matt. 187. 188. marc. 204. alij munera se novo regi asseresimulant es Conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. mar. 205. 206. &c. quæ ioculari militum petulantia adlubescabant, & demones suggeriebant, inimici emebant. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum (eum) matt. 189. marc. 207. 208. purpura, marc. Chlamyde matt. & induerunt eum vestimentis suis (eius) matt. 190. marc. 209. & educunt illum marc. 210. & duxerunt eum vt Crucifigerent eum Matt. 191. marc. 210. susceperunt autem Iesum & eduxerunt eum, Ioan. 151. 152. nemp̄ certi ad id constituti.

PARS XXII. Educatio Christi in montem Caluariz.

Et baiulans sibi crucem exiit in eum, qui dicitur Caluariz, locum. Hebraice autem Golgotha, Ioan. 153. 154. Et cum ducerent eum exeuntes inuenerunt hominem Cyrenazum (Cyrenensem) nomine Simonem Patrem Alexandri & Rufi, venientem de villa eum apprehenderunt & angariauerunt prætereuntem, vt tolleret crucem eius, portare post Iesum. Luc. 204. 205. 206. Matt. 192. 193. 194. Marc. 211. 212. 213. Sequebatur autem illum turba multa populi, & Mulierum, quæ

plangebant & lamentabantur eum. Luc. 207. 208. 209. Convertus autem ad illas Iesus, dixit: Filiz Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros, Luc. 210. 211. 212. 113. 214. Quoniam ecce, venient dies: in quibus dicent: Beatæ Steriles & venter quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, Tunc incipient dicere montibus; Cadite super nos: & collibus; operite nos. Luc. 215. 216. 217. 218. quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Luc. 219. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo vt interficerentur Luc. 220. 221. Et perducent illum in Golgothæ locum, quod est interpretatum Caluariz locus, Marc. 214.

PARS XXIII. Acta priora in Monte Caluariz.

Et venerunt in Locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariz locus Matt. 195. deposuerunt Cruces humi, vt per se patet, & dabant ei bibere myrrhatum vinum & non accepit, Marc. 215. 116. & dederunt ei vinum cum felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere, matt. 296. 297. & postquam venerunt in Locum, qui vocatur Caluariz, Luc. 222. ibi Crucifixerunt eum Luc. 223. Ioan. 155. & cum eo duos latrones, vnum hinc à dextris & alium inde à sinistris, medium autem Iesum. Ioan. 156. Luc. 124. Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis, non enim



I. INDEX HISTORICVS

nim sciunt quid faciunt. Luc. 225, 226. Scripsit autem & Titulum Pilatus & posuit super Crucem, erat autem scriptum I. N. R. I. Ioan. 157, 158, 159. Hanc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus, & erat scriptum Hebraice Græce & Latine, Ioan. 160, 161. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere. Rex Iudæorum, sed, quia ipse dixit Rex sum Iudæorum, Ioan. 162, 163. Respondit Pilatus, quod scripsi scripsi, Ioan. 164.

Postquam autem crucifixerunt eum, Matt. 198. (*nempe strata super humo Cruce*) Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius, Ioan. 165. & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, Ioan. 166. & tunicam, *ibid. seorsim posuerunt, non inter partes illas quatuor. causam huius dat Euangelist. a istam* Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum, Ioan. 167. Dixerunt ergo ad inuicem: non scindamus eum sed sortiamur de illa cuius sit Ioan. 168, 169. vt scriptura impleteretur, dicens: partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, Ioan. 170. Et crucifigentes Marci 217. diuiserunt vestimenta eius. Matt. 199. Marci. 218. diuidentes vero vestimenta miserunt sortes Luc. 227. 228. *quoad tunicam vero inconsutilem, mittentes sortem matt. 200. vt im-*

pleretur quod dictum est per prophetam dicentem, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, Matt. 201. mittentes sortem super eis, quis quid tolleret mar. 219. & erat Tit. causæ eius inscriptus Rex Iudæorum, mar. 222. & 223. & sedentes seruabant eum, Matt. 202. *donec protestati Rex Iudæorum. In festo negotio contra scripturam Tituli principes Iudæorum redirent à Pilato, illis demum reuersis, & imposuerunt super caput eius causam ipsius. Scriptam: Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, Matt. 203. & 204. nempe semel impositum, physice, moraliter imposuerunt iterum Confirmando positionem eius. Et cum eo Crucifigunt duos latrones vnum à dextris & vnum à Sinistris. Marci. 224. 225. Tunc Crucifixi sunt cum eo duo latrones vnus à dextris & vnus à sinistris. Matt. 209. 206. & impleta est scriptura quæ dicit. Et cum iniquis reputatus est, Marci. 226. Et milites quidem hæc fecerunt. Ioan. 171.*

PARS XXIV. Acta post Crucifixionem Domini vsque ad mortem Crucis.

Stabant autem iuxta crucem. Iesu, Mater eius & soror Matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalena. Ioan. 172. 173. cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat. Dicit matri suæ, Mulier ecce filius tuus. Deinde



I. INDEX HISTORICVS

inde dicit discipulo ecce mater tua. Ioan. 174. 175. 176. 177. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Ioan. 178. Stabat autem populus spectans: & deridebant eum Principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Luc. 229. 230. 231. 232. 233. Illudebant autem ei & milites accedentes & acetum offerentes ei, *quasi in deliquum incidisset, dum rages.* & dicentes: si tu es Rex Iudæorum saluum te fac. Luc. 234. 235. 236. Prætereuntes autem blasphemabunt eum mouentes capita sua *variis & sarcasticis modis,* & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo (tribus diebus) reedificas. Salua (saluum fac) temetipsum, descendens de cruce. matt. 207. 208. 209. 210. marc. 227. 228. 229. si filius Dei es, descende de Cruce. Matth. 230. similiter & principes sacerdotum (summi sacerdotes) illudentes ad alterutrum cum scribis & senioribus dicebant: Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. matt. 212. 213. 214. marc. 230. 231. *sic omnia præterita vita eius acta dictaque contraponendo eum exagitabant.* Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis & Hebraicis: Hic est Rex Iudæorum. Luc. 237. *inde iam ante milites exagitauerant eum, vt supra relatum est.* Securi sunt eos Iudæorum principes, aliis ei acclamantibus: Christus Rex Israel descendat nunc de cru-

ce, vt videamus & credamus, Marci 237. 238. *aliis autem inter se garrulentibus.* Si Rex Israel est descendat de cruce & credimus ei. Confidit in Deo liberet nunc: si vult eum. dixit enim quia filius Dei sum. Matt. 215. 216. 217. 218. 219. 220. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperebant ei Matth. 221. Et qui crucifixi cum eo erant conuitiabantur. marci 234. vnde autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum dicens: si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos. Luc. 239. 240. Respondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tum times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste. nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit, Luc. 241. ad 246. Et dicebat ad Iesum Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum. Luc. 247. 248. Et dixit illi Iesus: Amen, dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso, Luc. 249. 250. Erat autem fere hora sexta, Luc. 251. & facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram. Marc. 235. Luc. 252. 253. & sol obscuratus est Luc. 254. à sexta autem hora factæ sunt tenebræ per vniuersam terram vsque in horam nonam. Matt. 222. 223. Et circa horam nonam (hora nona Marcus) exclamauit Iesus voce magna dicens: Eloi Eloi lamma sabactani. matt. 224. marc. 236. 237. hoc est (quod est) interpretatum: Deus meu

D

meu



I. INDEX HISTORICVS

meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? matt. 224. marc. 237. Et quidam de circumstantibus illic stantes & audientes dicebant. Ecce Eliam vocat iste, matt. 225. marc. 238. Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto. & (circumponens calamo) imposuit arundini, & dabat ei bibere (porum) matt. 226. 227. marc. 239. ceteri autem dicebant, sine, videamus an veniat Elias ad liberandum eum, matt. 228. ille vero, qui spongiam implauerat & potum offerebat, alio sine idem dicebat si-  
*nitte* (permittite me refocillando extrahere ei vitam,) vt videamus an veniat Elias ad deponendum eum. Marc. 240. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt (nempe ante mortem suam consummata, & solam super esse vnum ante prestandum, nempe vt plerissime testaretur vltimo actu Synagoga, se ipsam iam degenerasse in acetum & corruptionem morum finalem) vt consummaretur scriptura dixit: SITIO. Ioan. 179. 180. Vas ergo erat positum aceto plenum illi autem spongiam plenam hyssope circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan. cum ergo accepisset Iesus acerum dixit: Consummatum est. Ioan. Et Velum templi scissum est medium. Luc. 255. Iesus autem iterum clamans voce magna. matt. 259. Luc. 257. ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, Luc. 257. Et hæc dicens, Luc. 258. Iesus emissa voce

magna mar. 241. & inclinato capite emisit spiritum. Ioan. matt. 230. (expirauit Luc. 258. marc. 241.)

PARS XXV. Acta post mortem Domini.

Et ecce velum templi, quod antea, cum Dominus dicebat consummatum est, scissum erat medium duntaxat, scissum est in duas partes (marcus in duo) à summo vique deorsum. nempe totum diruptum est. matt. 231. marc. 242. Et terra mota est. matt. 232. & Petra scissa sunt. matt. 234. & monumenta aperta sunt. matt. 235. & multa corpora SS. Qui dormierant surrexerunt. matt. 236. id est virificata sunt corpora eorum & gloriosa facta in sepulchris, in signum redemptionis consummata, & mortis atq; inferni deuictorum. & exeuntes se monumentis post resurrectionem (Domini N. I. Christi post triduum) venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Mat. 237. 238. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, marc. 243. quod factum fuerat. quia sic clamans expirasset, marc. 243. glorificauit Deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Luc. vere hic homo filius Dei erat. Marc. 244. & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu & his quæ fiebant timuerunt valde dicentes; vere filius Dei erat iste. matt. 239. 240. 241. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud & videbant, quæ fiebant, percutientes petra sua revertebantur. Luc.



## I. INDEX HISTORICVS

261. atque hæc quidem visibiliter accide-  
bant audiebanturque secundum corpus  
Iesu: secundum animam vero idem de-  
scendit ad inferos. *Symbola Fides siue*  
*vt Apostolus ad Ephes. 4. 6. ait* Descen-  
dit in inferiores partes terræ. imple-  
uitq; illud *Ecclesiast. 24. 45. penetrabo*  
omnes inferiores partes terræ &  
inspiciam omnes dormientes & il-  
luminabo omnes sperantes in Do-  
mino, & illud *psalmi 76. 6. operatus*  
est salutem in medio terræ. in quo  
(*vt ait Petrus 1. 3. his qui in carcere*  
erant spiritibus, veniens prædica-  
uit, qui mereduli fuerant aliquan-  
do, quando expectabat Dei patien-  
tia in diebus Noæ, cum fabricare-  
tur arca. 1. *Pet. 3. quanto autem tempo-*  
*re ibi manserit Domin. secundum ani-*  
*am ipse edixit, dicens matt. 12. 40.*  
sicut fuit Ionas in ventræ ceti 3.  
diebus & 3. noctibus: sic erit filius  
homini in corde terræ tribus die-  
bus & 3. noctibus *matt. 12. 40. Et a-*  
*nima Christi quidem sic se habebat, cor-*  
*pus autem eiuralij.* Erant autem ibi  
(*marcus*) mulieres multæ à longè,  
quæ secutæ erant Iesum à Galilæa  
ministrantes ei. *matt. 242. 243. de*  
longe aspicientes. *marc. 245. Inter*  
quas erat Maria Magdalene (*diuer-*  
*sa ab ea quæ cum matre Iesu & Ioanne*  
*prope crucem supra stabat nimirum*  
*Naimitis sine peccatrix olim*) & Maria  
Jacobi Minoris & Ioseph mater,  
Salome, mater FF. Zebedæi. *matt.*  
*244. marc. 246. & cum esset in Ga-*  
*lilæa sequebantur eum & ministra-*

bant ei, & aliæ multæ, quæ simul  
cum eo ascenderant Ierosolymam.  
*marc. 247. 248. 249. stabant autem*  
omnes noti eius à longè & mulieres  
quæ secutæ eum erant à Galilæa  
hæc videntes. *Luc. 262. 263.*

PARS XXVI. De sepultura Do-  
mini.

Iudæi ergo quoniam parasceue  
erat, vt non remaneret in cruce  
corpora sabbato. Erat enim mag-  
nus ille dies sabbati, *vt pote sabbatum*  
*Hebdomadis & sabbatum anni totius,*  
*seu Festum Festorum omnium,* rogauc-  
runt Pilatum vt frangerentur eorū  
crura, & tollerentur, *Ioan. 187. 188,*  
*189. 190. Venerunt ergo milites, &*  
primi quidem frangerunt crura &  
alterius qui Crucifixus est cum eo.  
*Ioan. 191. Ad Iesum autem cum*  
venissent & viderunt eum iam mor-  
tuum, non frangerunt eius cum, sed  
vnus militum lancea latus eius ape-  
ruit & continuo exiit sanguis & a-  
qua. *Ioan. 192. 193. 194. Et qui vidit*  
testimonium perhibuit, & verum  
est testimonium eius & ille scit quia  
vera dicit vt & vos credatis. *Ioan.*  
*195. 196. Facta sunt euim hæc vt*  
scriptura impleretur: os non com-  
munitis ex eo, & iterū alia à scrip-  
tura dicit: videbunt in quem trans-  
fixerunt. *Ioan. 197. 198. 199 post*  
hæc autem, *Ioan. 200. cum iam sero*  
factum esset *marth. 245. marc. 250.*  
quia erat parasceue ante sabbatum  
*marc. 251. & ecce. Luc. 263. Venit*  
quidam homodiues ab Arimathæa



I. INDEX HISTORICVS

matt. 245. ciuitate Iudææ. Luc. 265.  
 Nomine Ioseph ab Arimathea.  
 matt. 245. marc. 252. Nobilis decu-  
 rio. marc. 252. 252. qui erat decurio  
 Luc. 263. Vir bonus. & iustus. Luc.  
 263. qui & ipse erat discipulus Iesu.  
 Mart. Ioan. 200. occultus tamen  
 propter metum Iudæorum. Ioan.  
 201. qui & ipse erat expectans  
 Regnū Dei (expectabat) Marc. 253.  
 Luc qui non consenserat consilio  
 & actibus eorum. Luc. 264. Hic ac-  
 cessit ad Pilatum. Luc. 266. matt.  
 246. & audacter introiuit ad Pila-  
 tum. marc. 254. rogauit Pilatum, vt  
 tolleretur Corpus Iesu. Ioan. 202. &  
 petijt Corpus Iesu. matt. 245. marc.  
 255. Luc. 267. Et permisit Pilatus  
 (nempe telli,) Ioan. Pilatus autem  
 mirabatur, si iam obiisset. marc.  
 256. & accessit centurione Inter-  
 rogauit eum, si iam mortuus esset.  
 marc. 257. & cum cognouisset à  
 centurione, donauit corpus Ioseph  
 marc. 258. Tunc Pilatus iussit reddi  
 corpus. matt. 248. Venit ergo  
 Ioan. & mercatus sindonem & de-  
 ponenseum. marc. 259. 260. tulit  
 Corpus. Iesu. Ioan. Venit ante &  
 Nicodemus, qui venerat ad Iesum  
 nocte primum ferens mixturam  
 myrrhæ & aloes, quasi libras cen-  
 tum. Ioan. acceperunt ergo Corpus  
 Iesu & ligauerunt illud linteis cum  
 aromatibus sicut mos est Iudæis se-  
 pelire. Ioan. & accepto cor-  
 pore, Ioseph, matt. 249. depositum  
 involuit in sindone munda, matt.

250. marc. 261. Luc. 268. 269. Era-  
 autem in loco vbi Crucifixus est  
 hortus, Ioan. & in horto monumē-  
 tum novum. Ioan. in quo nondum  
 quisquam positus erat. Ioan. Ibi er-  
 go propter parasceuen Iudæorum,  
 quia iuxta erat Monumentum.  
 Ioan. posuit illum in monumento  
 suo nouo. matt. 251. quod erat exci-  
 tum de petra. marc. 262. Luc. 270.  
 & 271. quod exciderat de Petra.  
 matt. 251. nempe Ioseph. in quo non-  
 dum quisquam positus fuerat. Luc.  
 272. & aduoluit lapidem (saxum  
 magnum) ad ostium mommenti.  
 matt. 252. marc. 263. & abiit, matt.  
 253.

Et dies erat parasceues & sabbat-  
 um illucescebat Luc. 273. 274. Iub-  
 secuta autem mulieres quæ cum eo  
 venerunt de Galilæa, viderunt mo-  
 numentum, & quemadmodum po-  
 situs erat corpus eius. Luc. 275. 276.  
 277. Erat autem ibi Maria Magda-  
 lenæ (de qua VII. demonia) & altera  
 Maria (nempe Mater Iesu) sedentes  
 contra sepulchrum. matt. 254. 255.  
 (de quibus idem seq. Capite plura agit &  
 plane discernit à Maria altera Magdale-  
 næ de qua S. Marcus & Lucas agit) Ma-  
 ria autem Magdalenæ & Maria Ioseph  
 aspiciabant ubi poneretur.  
 marc. 164. & reuertētes parauerunt  
 aromata & unguenta. Luc. 278.

PARS. XXVII De gestis die  
 sabbati, in ipso solenni die paschæ  
 Atera autem die quæ est post Pa-  
 rasceuen (ipso eodem sabbato & qui-



I. INDEX HISTORICVS

dem solennissimo die pasche Iudaorum. conuenerunt principes sacerdotum & Pharisei Pilatum matt. 256. 257. dicentes: Domine, recordati sumus quod seductor ille dixit post tres dies resurgam. matt. 258. 259. Iube ergo custodiri sepulchrum matt. 260. Ne forte veniant discipuli eius & furent eum. & dicant plebi surrexit a mortuis. matt. 261.

262. & erit novissimus error peior priore, matt. 263. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite & custodite sicut scitis, matt. 264. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus 265. 266.

Sequitur Resurrectio Domini.

II. INDEX MORALIS, VEL TROPOLOGICUS.

AFFECTVS IN 4. AVLIS SEV commentarijs super 4. Evangelistarum passionem Dominicam comprehendens.



Abnegationis sui. Vide Mortificationis affectus. & Ioan. 1. 11.

Admirationis super Dei attributis vel factis eximijs. Matt. 29. 31. 46. 47. 58. 62. 67. 68. 75. 77. 100. 104. 131. 152. 164. 166. 173. 178. 181. 188. 191. 199. 213. 217. 240. marc. 25. 27. 29. 49. 55. 75. 99. 170. Luc. 62. 64. 72. 100. 143. 148. 175. 178. 202. 235. 240. 272. Ioan. 10. 22. 31. 39. 98. 99. 145. 146. 149. 151. 193. 200.

Affabilitatis. matt. 1. 4. Luc. 52. Ioan. 18.

Agnitionis sui. Vide penitentias. Humilitas. Diffidentia de se & seq. loca. matt. 37. 89. 102. 106. 114. 124. 127. 130. 153. 172. 174. 180. marc. 91. 138. 161. 157. 158. 162. 163. 166. 169. 170. 188. Luc. 74. 99. 115. 120. 132. Ioan. 44. 70. 71. 104. 110. 138. 139.

Amoris diuini. Vide Deuotio & seqq. matt. 69. 99. 100. 131. 156. Quae vultis &c. 167. 181. 192. 198. 219. 231. 239. 254. 260. 265. 266. marc. 4. 18. 110. 115. 199. 207. 225. Luc. 25. 66. 78. 97. 150. 165. 189. 277. Ioan. 32. 48. 111. 193.

D 3

Amo-